

MOSIS
CHARAS
MEDICINÆ DOCTORIS
& Regiæ Majestatis Anglicæ Medici-Chymici,
O P E R A

Tribus Tomis distincta :

- I. Pharmacopœa Regia Galenica.
- II. Pharmacopœa Regia Chymica.
- III. { Tractatus de Theriaca
 { Tractatus de Vipera.

idem esse poterit qui præcedentium.

Pulvis Diatriion Santalon

U. Santali Citrini.

Albi &

Rubri

Seminis violarum

*Rosarum rubrarum exungulata-
rum, à à 3 B.*

Rhapontici

Fiat ex arte Pulvis.

Rasura Eboris

Succi Glycyrrhisa à à 3 ij.

Summi Tragacanthi &

Arabis

Seminum Endivia

Portulaca &

Melonis excorticati à à 3j.

Methodus.

Me iudice iusta de causa Amylum detraictum est cum parte se-
minum, in maxima parte descriptionum huius Pulveris admissorum,
tam quia Amylum hic omnino nihil conducat, quam ad arcendam
huius Pulveris corruptionem, ab exuperante copia horum seminum
imminentem.

Si quis huius Pulveris intensiore exoptaverit colorem rubrum,
præparationis initium a Santalis ducendo, hæc Aqua rosarum hume-
fiant, diuque sola conterant, irrorationem per intervalla reiterando,
quovsque sufficientem rubedinem adepta sint; quæ vbi exsiccata fue-
rint, alia simplicia addantur, perficiendo Puluerem, per incerniculum
sericeum densissimum traiiciendum.

Hic Pulvis magnæ est vtilitatis in affectibus a debilitate aut mala Ie-
coris constitutione obortis ad vitcerum calorem temperandum, in fe-
bris biliosis excitatum; atque ad absumentos & discutiendos humo-
res in febrium declinatione superstites: Admodum quoque confert in
Cardialgia, Ietero & Phthisi: Vtiliter in vsum venit ad Potiones, Opi-
atas, Eleætuaria mollia & solida: Exterius ad Epithemata, Frontalia &
Linimenta.

Pulvis Pannonicus.

U. Boli Armenæ

Terra Lemnie à à 3 i B.

Margaritarum Orientalium

Lapidum Hyacinthorum,

Smaragdorum,

Sapphirorum,

Rubinorum, &

Tom. I.

Coralli Rubri &

Albi preparatorum,

Radicum Tormentille,


Doronici,

Dittamni albi,

Santali Citrini

Rasura Unicornis &

E c



Eboris $\ddot{\text{a}}\ddot{\text{a}}$ 3*b.* Caryophyllorum &
 Corticis curi exterioris fisci, & Croci $\ddot{\text{a}}\ddot{\text{a}}$. 3*b.*
 Seminis Acetosae, $\ddot{\text{a}}\ddot{\text{a}}$. 3*iiij.* Foliorum auri purissimi N° XXV.
 Fiat ex arte Pulvis, ex cuius $\ddot{\text{z}}$ i*b* potest confici Electuarium solidum cum sacchari optimi aqua rosarum soluti & cocti $\ddot{\text{b}}$.

Methodus.

Cornu Vnicornu ex numero eorum est medicamentorum quæ licet mixti vnam tantum partem constituant, totius tamen nomen gerunt, adeo ut cornu eligatur si quando vnicornu præscriptum fuerit.

Hoc animal a Grcis ~~Monecros~~, vocatur, à Latinis Vnicornis: Authorum sententia admodum variae sunt in huius Animalis descriptione: plerique censem corporis forma ad Equum accedere, ac gerere cornu in spiram contortum, plus aut minus longum, parte superna & antica capititis situm, figuræ admodum erectæ, cuius cuspis antrorsum vergat: Illorum tamen ne vnu eiusmodi animal a se vsum afferit, neque etiam de illius loco natali verba vlla facit: Eapropter plurimi in dubium revocant num Vnicornis, cuius meminere Sacra Scripturæ animal fuerit illi simile de quo rerum naturalium Scriptores descriptionem tradidere, Equi figuram affingentes, ac num forte Sacra Literæ Rhinocerotem audierint, cum meminere Bestiæ cui interpretes Vnicornis nomen indidero; quanquam figura erecta & contorta, colörque albus a Naturalium rerum scriptoribus Vnicorni assignata, in cornu Rhinocerotis defint, quod in spiras contortum non est, ab ipsa radice inflexum, mucrone sursum vergente, coloris obscuri, situm in parte infima & antica capititis.

Sed missa opinionum varietate, inter Scriptores celeberrimos rerum naturalium occurrente, ex mea sententia nequaquam in rerum natura extat Monoceros terrestre, cuiusmodi descriptum reperitur: Cornu vero illud album, durissimum & grave, intortum, intus cavum, longum vnam vnam interdum duas, in Medecina vstitatum, grandioris est Piscis Maris Groenlandici, ab Islandis Vocatum NarWal: Prud' id cornu ex media & antica parte maxillæ superioris grandis illius Piscis, quo in loco radix obtinet pedalem circiter longitudinem, ipsi cornu crassitie æqualem, Hoc cornu impugnat alias Pisces, quibus occidit maximos pisces imo Cetaceos; cornu tam valido impetu impingens vt etiam densissimam navem traicere possit: Cornua vasti laius Piscis olim admodum rara fuere, Animal vero, hoc instructum, plane ignotum, adeo ut ex nonnullorum sententia id quod in Thesauro sancti Dionysii visendum etiam hodie exhibetur vnicum fere prostaret; Ac pescatu

piscatu captus diversis temporibus hic Piscis, prædicta & putatitia cornua vulgaria magis reddidit in Anglia, Hollandia, Germania, Dania & aliis locis; sed ne evager, in meis ædibus vnum adservo longitudine & crassitie id superans quod in Thesauro Sancti Dionysij visitur.

In frequentia huius cornu causa fuit præcipua quod in tanto pretio & commendatione olim habitum fuerit, illique vires omnino singulares assignatae sint, tum adversus venena, tum ad variolas, morbillos aliosque morbos epidemicos; Imo in magnatum gazophylaciis horum cornuum segmina auro inserta animadvertantur, in numero rerum maximæ pretij habita, quibus dotes omnino inexhaustarum virium adscribuntur, quæ in liquores, quibus immergitur, transfuse queant in infinitum, non secus ac vis Reguli aut Vitri Antimonij: Et si vero Sal volatile, quo hoc cornu abundat, maximam partem effectuum ipsi assignatorum edere valeat; nec enim virtus semel in liquorem aliquem transfusa amplius superstes esse potest in cornu si illa exutum fuerit, non secus ac quæ in ebore, cornu cervino adest, (quorum partes ejusdem prope indolis sunt ac cornu monocerotis) quarrenda amplius non est in liquore quopiam illotum infusio aut decoctio facta fuerit, aut accedente præparatione aliquæ partes maxime essentiales ab illis exemptæ fuerint.

Doronicum, planta est a plerisque scriptoribus Botanicis descripta sub nomine *Aconii Fardianches, plantaginis folio*: foliorū figura plantagini admodum simile est, sed magis flavelcunt, floribus chrysanthemum referentia: Radix, hoc loco præscripta, nodosa est, & quasi capillata, saporis subdalcis, substantiæ viscidæ: Exitio est Leopardis, Lupis, Canibus & plerisque quadrupedibus, sed homini non nocet, quin potius illum vindicat a venenis si ab illis impetus fuerit.

Hoc loco neque *Margariterum* neque *Gemmarum* descriptionem traditus sum, vti neque alia simplicia hunc Pulverem ingredientia allaturus: Id solum dixero, in illius præparatione sc bina deradendum esse cornu Vnicornis, & Ebur; Præparandas esse Moargaritas omnisque gemmas, vti & Corallia ac Bolum Orientalem super porphyrite: Terendo, ac aqua rosacea humectando quoisque omnino impalpabilia fiant, effingendos ex iis esse Trochicos, in umbra exsiccandos: Conterenda esse in amplio mortario æneo rasuras cornu Monocerotis & Eboris, vna cum Santalo Citrino & Radicibus, quibus post hæc addenda sunt Cinnamomum & cortex Citri; siccus, demum Caryophylli & semen Oaxidis; Cuncta per incerniculum sericeum transmittenda esse: Crocum siccandum ac scorsim subtiliter terendum: deinde rite commixtis pulveribus omnibus cum Gemmis, Corallis, Bolo Armena, & Terra sigillata adiicienda eslefolia Auri, sicuti supra dixi incisa, Pulverem ijs.

E s 2.